

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

831. An privatus ipso jure ob crimen, vel etiam ob assecutionem &
possessionem quæsitam secundi incompatibilis ante sententiam
declaratoriam permutare possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

quod intendit permutare, ut postea collationes utrobique subiequantur; ed quod hoc posteriore modo minus legitimè videatur fieri permutatio; dum simul, ac collatum est beneficium Caji, & Titius illud recepit & possessionem ejus accepit, va-
cet illius beneficii, ac sic non possit illud resignare conferendum Cajo, utpote quod jam perdiderat. Verum merito sit, hoc ipsum displicere Federic. de Senis, de perm. q. 11. num. 19. ed quod, cum hujusmodi resignaciones sint ex causa permutationis, ex alia expediri nequeant. Neque etiam statim per ademptionem beneficii, quod habuit Caju-
sus, vacet beneficium, quod habet Titius, maxi-
mè si alias cum eo non sit incompatible, posse-
que collatio ex permutatione fieri diversis tem-
poribus, ut DD. communiter in e. unio. de perm. ter. in 6. Idem expressius dicit Ventrigl. loc. cit. n.
44. his verbis: Quodsi fuerit adimplenta permutatio ab una parte, & capta possessio beneficii, sive altera parte sit adimplenda permutatio in aliena, & distante die-
cessi, poterit primus interim retinere utrumque benefi-
cium, etiam quod si incompatible, nec potest per alium
impetrari sub pretextu, quod vacaverit, ex quo adeptus
est secundum incompatible. citat pro hoc Rebuff. in
pr. tit. reg. de infirm. resign. gl. 4. n. 37. Idem omni-
no, & paulo fuisse tradit Azor p. 2. l. 7. c. 29. q. 28.
Illud tamen hic notandum ex eodem Chok. loc.
cit. n. 6. & Tond. loc. cit. n. 12. & 13. pro quo cita-
tur Abb. in c. bona. 2. de postulat. Rebuff. in pr. tit.
de rescrip. missis. n. 7. Quodsi alter copermutanta-
tum sit alienigena, exindeque consuetudo in Pro-
vincia seu ditione alterius permutterantium, vi-
cu cuius exteris beneficia conferri nequeant, permu-
tationem cum alienigena non subsistere, nisi Prin-
cipis interventione indulgentia.

Questio 830. An accusatus, vel inquisitus de criminis, ratione cuius venit privandus, ante sententiam privationis possit permutare?

Respondet negativè Chok. de perm. p. 1. c. 32.
nu. 3. hinc verbis: Censuerimus, non subsistere ejus-
modi permutationem, & si facta sit, post de eo beneficio
provideri illi, qui in eventum privationis beneficium im-
peccavit, citat pro hac sententia Boëcium. decisi-
205. num. 6. Staphil. de lit. grat. rubric. de var. mod.
vac. Rebuff. in pr. tit. de infirm. resign. gl. 12. nu. 10.
Zerol. in pr. Ep. p. 2. v. renuntiatio. Quinimò sit n.
4. per viam attentatorum revocandam ejusmodi
permutationem, pro quo citat Lancellot. de atten-
t. p. 1. c. 3. n. 19. male autem citat pro hoc poltremo
decisionem Rotæ, in qua dicitur: Si lite pendente
super beneficio reus & possessor transferat beneficium in
alium, permutando, vel alio modo, hujusmodi permuta-
tio revocabitur per modum attenari &c. quia valde
diversa sunt: permutation facta lice pendente super
beneficio ipso: in quo casu utique attentat permu-
tans litigiosum: & permutation facta pendente ac-
cusatione, vel inquisitione judicio super crimine
commisso: in quo casu non attentat, sed utitur ju-
re suo talis criminosus permutans. Unde opposi-
tam sententiam feci sumus, & fuisse firma-
vimus suprà, ubi, qualiter talis relati-
gnare valeat. responsa 2. qua
vide.

P. Leuren, Fori Benef. Tom. III.

Questio 831. An privatus ipso jure ob cri-
men, vel etiam ob affectionem & possessio-
nem quamvis secundi incompatibilis ante
sententiam declaratoriam permutari possit?

Responsum est ad utrumque negativè contra
Caltrop. suprà, ubi, an talis reignare possit.
Idem ibid. quesi. seq. in fine negatum de eo, qui pri-
vatus est beneficio per sententiam hominis, nem-
pè quod, et si ea executioni date non sit, permu-
tare tamen nequeat, et si forte in certo casu resigna-
re adhuc possit in favorem.

Questio 832. An prohibitus de novo acqui-
rere prohibetur permutare, & sic in virtute
permutationis acquirere aliud?

Respondet negativè Gonz. gl. 14. nu. 55. citans
Franc. in c. 1. de excess. Prelator. in 6. n. 2. Tira-
quell. de utroque retractu. §. 31. gl. 1. n. 28. Molin. de
primogen. Hispan. l. 4. c. 5. n. 47.

Questio 833. An permutare possit benefi-
cium, qui illud accepit animo dimittendi?

Respondet negativè Chok. de perm. p. 3. c. 39.
fundans hanc responsionem in Constitutione
Pauli 4. qua sit ejus 33. & incipit: Inter cereras, quæ
expresse sub pena excommunicationis iacant, & Pa-
pæ reservata, nec non privationis omnium ac sin-
gulorum beneficiorum, & inhabilitatis ad illa &
alia imposteriorum obtinenda, eo ipso sine ulla alia
declaratione incurriende prohibet, ne quis acce-
pter beneficium Ecclesiasticum, sine intentione
determinata illa rerinendi. Ex qua Constitutione
aut, appareat, permutationem in praesenti esse illi-
citam; tunc quia collatio beneficii facta excom-
municato, etiam occulto, non tenet; tum quia di-
cta Constitutione declarat, taliter acceptantes be-
neficia incapaces esse ad alia obtinenda, adeoque
tutum non videri consilium Nav. 16. de Cleric.
non resid. quo scribit, licere acceptare beneficium,
donec illi renunciarit cum legitima auctoritate
Superioris ad permutandum illud cum alio, vel ad
relinquendum, reservata sibi aliquâ pensione. Ad-
dit tamen Chok. in fine cit. cap. eum, qui, ut per-
mutaret beneficium cum alio, eo fine erigit de
novo auctoritate Episcopi beneficium, & facit si-
bi illud conferri animo illud postmodum permu-
tandi, non comprehendendi in dicta Constitutione;
ed quod in ea agatur solùm de acquisitione bene-
ficiorum jam erectorum; quia hæc, cum jam sint
sub potestate Papæ, non vulnus conferre iis, qui ani-
mum non habent ea rerinendi, citat pro hoc Fil-
liuc. tr. 4. c. 5. n. 46. & 47. quam tamen permu-
tationem beneficij noviter erecti, si tenuis sit
quam illud, cum quo permutandum, laborare pre-
sumptione fraudis, diximus paulo suprà ex Card.
de Luca de benef. d. 40. nu. 5. Verumtamen, quid
in hoc puncto recipiendi beneficium cum animo
dimitti, vel etiam permutandi, & qualiter dicta
Constitutione Pauli 4. intelligenda, dictum est
fusè suprà, ubi, an possessor exigui temporis resi-
gnare possit.

Questio 834. An dispensatus ad unum
beneficium, possit illud cum alio similiter per-
mutare?

Respondeo negativè: Cum enim dispensatio sit
ostiosa, & hinc non trahenda ad alia præter
concella